

Ecclesia nobis credendum proponit, illud incunctanter credimus, hinc quia Ecclesia ex motu rerelationis credit et Patrem, et verbum, et Spiritum S. etq; nos in eadem Ecclesiam credentes, consequenter eadem cum ipso rerelationis motu credimus Patrem, et Filium, et Spiritum S. etq;. Interim Nomine Էկեղեցի, sive Ecclesia intelligitur corpus illud mysticum, quod constat tum ex fidelibus defunctis, ^{tum} quam in hac vita superseditibus cum capite Christo. Dicitur quoque Ecclesia Sancta triplici de causa; Prima est, quia Caput ejus, quod Christus, sanctissimum est; Secunda, quia fideles omnes Sancti sunt ratione fidei, ejusque Professionis; Tertia demum est, quia aliqui in Ecclesia reperiuntur, qui non tantum propter fidei Professionem, sed ob vite sanctitatem, morumq; integritatem revera Sancti sunt.